maritoque superstite sine liberis decessit. Quærebatur, si ad maritum successio feudi pertineat? Responsum est non [1] pertinere.

TIT. XIV.

DE [2] VASALLO DECREPITÆ ÆTATIS, QUI FEUDUM REFUTAVIT [3], UT FILII INVESTIRENTUR.

Si vasallus decrepitæ ætatis feudum refutavit, ut filii investiantur, & investiti sunt, postea decedente altero filiorum post investituram fratre superstite, & sine herede, frater sibi succedit, & non revertitur ad dominum. Baldus.

QUidam vasallus cum decrepitæ ætatis esset, feudum suum in manu [4] domini ad hoc refutavit, *ut Sejum & Sempronium filios suos de eodem beneficio investiret.* Vasallo mortuo Sempronius sine legitimo herede, Sejo adhuc superstite, decessit. Lis est inter dominum, tanquam [5] novum feudum sibi delatum esse dicentem: & Sejum paternum esse contendentem. Unde eorum sententia prævaluit, qui dixerunt hoc feudum quamvis refutatum, nihilominus esse paternum.

TIT. XV.

DE [6] INVESTITURA IN MARITUM FACTA.

Si contentio est inter maritum filiæ vasalli, & agnatum de beneficio, an sit paternum vel novum, quæstio dirimi debet coram judice ordinario vel arbitro. Bald.

VAsallus superstite tantum una filia decessit, illa vero maritum accepit: cui dominus accepta [7] pecunia partem [8] feudi, quod pater puellæ habebat, retenta sibi parte altera dedit. Nunc quidam agnatus defuncti cum marito agit, dicens totum hoc feudum esse paternum, & ideo omnimodo esse ad se devolutum. Econtra maritus contendit, hanc partem quam ipse habet, novum feudum esse: & ideo domino apertum: quæritur igitur, utrum apud dominum eundem, & in ejus curia cogatur agnatus defuncti litigare, vel apud agnati judicem [9], vel arbitrum [10] utriusque consensu electum hoc esse debeat? Mihi [11] & aliis placet potius apud judicem ordinarium, vel arbitrum, quam apud eundem dominum hoc litigium fore determinandum. † Item placet agnatum non [12] semper cogendum probare feudum hoc esse paternum, sed ab adversa parte novum esse probandum [13]. Qua deficiente in probatione, tunc agnato (ut dictum est) causa [14] cognita detur electio, quatenus vel juret esse paternum, vel [15] alteri parti referat jusjurandum: & ille aut juret aut taceat. † Illud tamen sciendum est, quod si [16] inter duos qui dixerint se esse vasallos, de feudo fuerit dubitatio: alter alterum invitum trahere non poteſt ad dominum, vel ejus curiæ judicium [17]. Si vero cum sua curia dominus vocaverit eos, nemini [18] eorum licet illius domini vel ejus curiæ examen declinare.

TIT. XVI.

DE [19] CONTROVERSIA FEUDI APUD PARES TERMINANDA.

SI inter dominum & vasallum de feudo orta fuerit contentio [20]: per [21] pares illius domus, sicut lex [22] Corradi [23] dicit, dirimatur: si tamen pares habeat. Et liquidem dominus & vasallus consenserint [24] in eligendis paribus: nulla dubitatio est. Si vero dissentiant: tunc quid faciendum sit, quæritur: fed prævaluit eorum sententia, qui dixerunt dominum [25] debere eligere prius [26], quem aut quos voluerit: & vasallus similiter hoc [27] faciat secundum numerum a domino comprobatum. Ille tamen vasallus, qui fidelitatem domino non juravit, domino vel vasallo dissentiente, pro pari [28] non est [29] eligendus.

TIT. XVII.

DE EO, QUI SIBI [30] (VEL HEREDIBUS SUIS MASCULIS ET FŒMINIS) INVESTITURAM ACCEPIT.

Si vasallus pro se & heredibus suis masculis, & his deficientibus fœminis, investituram accepit, fœmina non succedit in beneficio, quamdiu masculus superest.

QUi sibi vel heredibus suis masculis, vel, [31] his deficientibus, fœminis per beneficium investituram feudi accepit: una tantum filia superstite, nullo alio descendente relicto decessit. Hæc marito paternum feudum in dotem [32] dedit & decessit, duobus filiis ex eo procreatis; quorum unus duas filias reliquit: alter vero uno filio masculo relicto decessit: de prædicto itaque feudo urgentem vidimus quæstionem: masculo quidem hoc feudum totum sibi, quia solus ejus, qui primo investituram accepit, heres masculus sit, vindicante: fœminis vero totam sui patris partem sibi defendentibus, quia ex eo nullus extitit masculus. Cumque inter sapientes sæpe super hac quæstione sit disputatum: tandem pro masculo pronunciatum est. Non enim patet locus fœminæ in successione, donec [33] masculus supereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit investitus. † Nam & illud judicatum scio: si ille, qui proprium [34] feudum suum militi pro beneficio dedit, duobus filiis relictis decesserit, quorum unus filia tantum relicta obiit: alter vero filio masculo relicto superstite defunctus est: quod miles non debet feudum suum per fœminam recognoscere, donec supereſt masculus ex eo qui primam investituram fecit. Alii dicunt per filiam debere recognoscere, cum de paterno allodio [35] esset hoc feudum: alioqui si aliunde esset, verum esset quod dicitur per fœminam non debere recognoscere.

TIT. XVIII.

DE [36] DUOBUS FRATRIBUS A CAPITANEO [37] INVESTITIS.

DUo fratres, scilicet Titius & Sejus, a quodam capitaneo de novo beneficio simul investiti sunt: eo videlicet tenore [38], *ut quamdiu ipsi, vel eorum heredes masculi viverent, & masculis deficientibus, fœminæ, si superessent, feudum haberent.* Ex fratribus his unus, una filia relicta, altero adhuc vivente decessit. Quæritur, cui portio defuncti deferatur, utrum filiæ, an fratri? Respondetur, filiæ [39]: unusquisque [40] enim sibi suisque heredibus videtur prospexisse. Si tamen is, qui filiam reliquit, sine herede decessisset, propter tenorem investituræ insertum, ejus pars fratri, non domino est quæsita.

TIT. XIX.

AN [41] REMOVERI DEBEANT TESTES QUI PARES ESSE DESIERUNT.

Si inter dominum & vasallum contentio est de investitura: illi, qui pares fuerunt tempore investituræ, non removentur postea a testimonio, licet desierint esse pares. Bald.

EX facto quæsitum scio: si inter dominum & fidelem de investitura feudi contentio emerserit, quia *factam eam dominus neget*: si vasallus offerat eos testes, qui tempore investituræ pares erant, fed postea qualibet ex causa pares esse desierunt: an ideo sint removendi, quia nunc non sunt pares? Sed quamvis alii aliter sentiant: tamen mihi & quibusdam aliis videtur sufficere eos tempore investituræ saltem pares fuisse. Quid enim peccavit [42] qui investituram accepit [43], si illi, quos eo tempore [44], utpote idoneos, adhibuit, postea pares esse desierunt?

TIT. XX.

DE [45] CONTROVERSIA INTER EPISCOPUM ET VASALLUM.

Si inter episcopum & vasallum est contentio de investitura ab ejus prædecessore facta, pares curiæ cognoscunt. Bald.

EX eo quod scriptum [46] est, si inter dominum & vasallum de feudo nascatur quæstio, quod per pares ejusdem curiæ dirimenda

1 I. *feud.* 15.

2 De refutatione feudi. *Cujac.* 3 *tit.* 9. *supr. eod. tit.* 38. 39. *infr. eod.*

4 *d. tit.* 9. 5 Feudum refutatum per patrem, ea conditione, *ut filii sui in eo investiantur*, non est feudum novum, fed paternum, & consequenter in eo feudo filii vicissim filii non succedent: quasi mutata feudi paterni natura illusmodi investitione, *ut hic.* Quid? remissa vasallo culpa a domino, propter quam feudo privari potuit; num feudum remanet antiquum, an potius novum esse incipit? an dicemus antiquum manere: ita ut vasallo moriente succedant ei agnati, tanquam in feudo antiquo? an potius, novum esse dicemus, si id feudum ibi jam consumpsisset diuturnitas? Hoc verius est. Quid? num pacto novum feudum antiqui feudi naturam sortiri poteſt? posse putant interpretes, præter quam in prælato.

6 De contentione feudi inter generum fidelis mortui & agnatos. *Cujac.*

7 Feudum accepta pecunia dari poteſt, 1. *feud.* 24. *supr.* 8 Feudum pro parte accipi poteſt. 9 Ordinarium sc. *ut infr. eod.* adde *tit.* 34. 46. *infr. eod.* qui & comes & curiæ judex. 10 Judex inter vasallos de feudo contendentes, esse dominus non poteſt, quoties ex consequentia quadam negotium ipsum domini geri poteſt, ut hic, unus dicebat antiquum: alter novum esse. Interest autem dominus novum esse potius, quam antiquum; redit enim ad dominum facilius novum feudum, quam antiquum. 11 In arbitrum compromitti de feudo poteſt, consentiente dominoo. 12 Probatio incumbit investito contendenti feudum novum esse, quo non probante, transfertur electio in agnatum, paternum esse contendentem.

13 Vid. *tit.* 11. *in fin. supr. eod.* 14 Juramentum causa cognita deferendum.

15 Juramentum cui deferitur, jurare vel referre juramentum cogitur, *l. manifesta.* 38. *ff. de jureſur.* is vero cui refertur; aut jurare aut lite cadere, *ut hic*, *l. general.* 12. §. 1. *C. de teſt. credit. & jureſurande.* 16 Si lis fit de feudo inter unum, qui certo sit vasallus, & alium de quo dubitetur, an sit vasallus, cognoscit dominus simul cum curia, alias inter eos qui certo sunt vasalli, solus dominus cognoscit.

17 Judicem. Cujac. 1. *feud.* 18. & ita legendum monet *tit.* 46. *in fin. infr. eod.*

18 Forum feudale vasalli declinare non poſſunt, *ut hic.* Quid si suspecti judices sint? notant interpretes declinari non posse; cum sint ordinarii judices. *l. apertissimi.* 16. *C. de judiciis.* improbata opinione contraria. Eit tamen valido remedium Authentica, *si vero contigerit*, *C. de judic.*

19 De contentione feudi inter dominum & vasallum. *Cujac.* 20 Feudalis sc. Quid in causa reconventionis de re non feudali, poselne par curiæ judicare? poteſt, *interpretes hic.*

21 1. *feud.* 18. *tit.* 20. 39. §. 1. *infr. eod.* 22 *tit.* 34. *infr. eod.* + 23 Lotharii. *Hot.* 24 Pares judices eligunturur communi partium consensu, hoc est ex paribus ipsis curiæ eliguntur qui judicent, ita electio judicum partibus committitur, *l. observandum.* 47. *ff. de pal.* 25 In eligendis ex numero parium judicibus, si dissentiant inter se dominus & vasallus, in eligendis judicibus præferetur dominus.

26 Id est, non solum. *arg. l.* 47. *ff. de judiciis.* 27 Id est, tot judices eligat, quot ipse dominus elegit: ut hi simul de tota re cognoscant. 28 Par in judicem, vasallo vel domino inter se litigantibus in eligendo differentibus, eligi is non poteſt, qui fidelitatem nondum juravit, *ut hic*: igitur iisdem consentientibus, par eligi in judicem poterit is, qui nondum fidelitatem juraverit. 29 Par proprie, aut plene non est, qui fidelitatem nondum juravit, *ut hic*: ita studiosi vel notarii privilegiis frui eum negant interpretes, qui iusjurandum studiosi, vel notarii consuetum nondum rectori vel magistratui præstiterit.

30 Sibi & filiis investituram accepit. *Cujac.* 31 Feudum fœmineum non est, licet ad fœminam pervenerit, ut ecce, feu tum mihi, masculis, & masculis deficientibus, fœminis, accepi; masculi primo succedent, deinde fœminæ. Pone, masculos omnes decetisse, filium fuisse superstitem, relictis duobus filiis, quorum unus duas filias, alter masculum reliquerit? masculus succedet, *ut hic*: ut masculi excludant fœminam; vice versa vasallus quamdiu masculum dominum habere poteſt, tamdiu feudum suum a fœmina non cognoscit, *vers. nam & illud.* Quid si mihi, filiis & filiis fratris, feudum aliquod accepi? filii fratris dimidium consequentur. Bald. *hic.* Quid si feudum accepi, ut deficientibus masculis, ad unam fœmam feudum deferatur: & plures fœminæ fuerint? dominus eliget. *Bald.* Quod si filiis etiam meis feudum accepi? & nati & nascituri admittentur. Num & me vivo? non admittentur: ut ordo temporis & rationis hic serveturr. Bart. *in l. Gallus.* 29. §. 1. *ff. de liberis & posthum.* 32 In dotem feudum marito dare uxor poteſt. *tit.* 13. *supr. eod.* 33 1. *feud.* 8. *in fin. supr. eod.* 34 Proprium suum. *Hot.*

35 De Allodiis v. *tit.* 54. *infr. eod.*

36 Quando in feudum filia, non frater succedat. *Cujac.* 37 Vel alio quocunque, ab eandem videlicet æquitatis rationem. 38 Tenor investituræ semper spectandus, poteſt enim tenor derogare omni feudorum naturæ. 39 Filia adquirentis, patruum in feudi, a patre ea lege adquisiti, ut masculis deficientibus fœminæ succederent, successione excludit. 40 *tit.* 90. *infr. eod.* 1. 9. *ff. de preb. l. tale.* 40. *in fin. ff. de pactis.*

41 Si de investitura feudi contentio fuerit inter dominum & fidelem. *Cujac.*

42 Peccare non moretur qui nihil admisit. 43 Legitime fiedum non retractatur. *l.* 85. §. 1. *ff. de reg. jur. c. factum legitime* 73. *de regul. jur in* 6.

44 Testium conditio, testationis ex tempore sumitur. *l.* 22. §. 1. *ff. qui testam.* §. 7. *Inst. de testam. l.* 1. *C. de teſt.* testium conditio in feudis eo tempore inspicitur, quo testes adhibentur, non quo testimonii dicendi causa rogantur, *ut hic*, testes adhibiti, si tempore investituræ fuerint pares, non removentur a testimonio, licet pares esse desierint.

45 Si inter dominum & fidelem de feudo fuerit quæstio. *Cujac.* 46 Vid. *tit.* 16. *supr. eod.*

sit: quæsitum est, si quis dixerit se a quodam episcopo [1] fortassis jam defuncto de annua [2] præstatione, aut qualibet alia re per feudum investituram accepisse: & cum successore ejus agat, & ille respondendo neget hunc esse vasallum: utrum per pares ejusdem curiæ sit judicandum super hac quæstione? Opponit enim vasallus, quod dominus eum negat [3] esse vasallum, & ideo in ea curia pares non habet. Item dicit vasallus, quod prius de suo recto [4] feudo debet investiri, quam a nemine judicari: domino respondente, quod quicquid [5] inter eos sive de investitura, sive de fidelitate, sive de principali causa agendum est: per suam curiam est expediendum. Sed laudatum [6] sæpe scio, pares illius curiæ secundum præfatum modum esse eligendos prius, ad quorum spectat officium, ut illum prius [7] de suo recto feudo investiri faciant: sed fidelitatis jusjurandum differatur [8], donec de [9] principali [10] causa cognoscatur. Ex illo enim apparebit, utrum jurare debeat, an non: quod totum expeditæ quæstionis est. Sed si constiterit vasallum aliquid aliud præter id, de quo quæritur, ab eodem domino tenere pro feudo: tunc quin debeat de suo recto feudo investituram accipere, & fidelitatem jurare, & sic ad principalem causam accedere, non est dubitandum.

TIT. XXI.

DE [11] VASALLO MILITE, QUI ARMA BELLICA DEPOSUIT.

Miles seculi, qui factus est miles Dei, ex eo quod venerabilem domum intravit, & feudo renunciavit, feudum amittit. Bald.

MIlles, qui beneficium tenebat, cum esset sine liberis, venerabilem [12] domum [13] intravit, & seculo renunciando, arma bellica deposuit, habitumque religionis assumpsit, & sic conversus factus est. Hic donec vixerit, feudum retinere conatur, quod dominus vel agnatus ad se pertinere contendit. Sed judicatum est domini, vel [14] agnati conditionem esse potiorem, eo quod desiit esse miles seculi, qui factus est miles Christi: nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium.

TIT. XXII.

DE [15] MILITE VASALLO, QUI CONTUMAX EST.

DOminus vocat militem, qui ab eo feudum possidebat, dicendo eum in culpam incidisse, per quam feudum amittere debeat, hic non respondet: quæritur, quid faciendum sit domino? Respondeo eum ad curiam vocari debere, & si non venerit, iterum eum debere vocari usque in spatio tertio septem [16] vel decem [17] dierum, arbitrio ejusdem curiæ terminando. Quod si neque venerit ad tertiam [18] vocationem, hoc ipso feudum amittat: & ideo debet curia dominum mittere in possessionem. Sed si intra annum venerit, restituitur ei possessio: alioquin & beneficium, & possessionem amittit [19]: ut in Lombardia de iis, qui ad palatium venire contempserint, l. si cujuscunque [20]. † Si vero vasallus conqueritur de domino, forsan quia *feudum malo ordine intravit* [21]: domino perperam respondente [22], quid vasallo faciendum sit, quæritur? Respondeo, eum curiam debere vocare, & in eadem curia de domino conqueri. Curia autem debet adire dominum, eumque *salva* [23] *reverentia competenter cogere, ut vel possessionem restituat & acquiescat, vel judicio curiæ se committat.* Quod si ter admonitus facere distulerit: tunc licet vasallo ad aliam majorem poteſtatem ire, & sibi consulere: & si dominus ei justitiam facere noluerit [24], poterit eum deprædare [25].

TIT. XXIII.

[26] IN [27] QUIBUS CAUSIS FEUDUM AMITTATUR.

Primo pater scribit filio, præmittens excusationem sui, dicens, quod causæ, quibus feudum amittitur, non possunt sub regula definiri: & addit qualiter vasallus contra dominum se debeat habere, postea definit beneficium dupliciter. Baldus.

OBertus de Orto, Anselmo (filio) suo salutem. Cogis me, & super hoc sæpe scribendo multum urges, ut causas quibus beneficium amittatur enumeratas, tibi significarem. Quod ideo distuli, quia sæpius circa nostræ [28] Reipublicæ curam occupatus, & multis privatorum causis, aliisque rerum innumerabilium impedimentis detentus, onus illud subire non valebam. At ne videar preces tuas parvi pendere, & studium discendi tibi nunc imminens negligere: quid mihi super hoc videatur, paucis explicabo: dummodo memineris causas [29] illas sub aliqua certa regula aut definitione rotunda non posse comprehendi. Nam sicut de probationibus in Digestis [30] scriptum reperimus: sic & de his causis sine calumnia dicere possumus. Si quis enim dixerit, quæ causæ quemadmodum alicui domino ad ingratitudinem alicujus vasalli probandam possint sufficere, nullo certo modo posse definiri: nihil erraverit. De illa tamen ingratitudine loquor, per quam beneficium amittatur, non enim ad hoc sufficit omnis occasio, per quam fidelis accepti beneficii videtur ingratus: sed sunt [31] quædam ut ita dixerim) egregiæ [32] ingratitudinis [33] causæ, quibus beneficium secundum mores curiarum solet adimi. Quomodo [34] enim vasallus, quam [35] humiliter, quam devote, quam benigne, quam fideliter erga dominum suum debeat se habere, potius ex naturalibus [36] & bonis curiarum consuetudinibus poteſt percipi, quam [37] lege, aut scripto aliquo possit comprehendi. † Inprimis te illud scire oportet, beneficii illius quod est [38] genus, talem esse definitionem [39]: beneficium [40] nihil aliud est quam benevola [41] actio [42], tribuens gaudium capientibus, capiensque tribuendo: in id quod facit prona, & sponte sua parata, ut ait Seneca [43]. † Hujus autem generis species quædam est beneficium illud [44], quod ex [45] benevolentia ita datur alicui, ut proprietas [46] quidem rei immobilis [47] beneficiatæ penes dantem remaneat: ususfructus vero illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum heredesque suos masculos sive fœminas, (si [48] de his nominatim dictum sit) *in perpetuum pertineat: ad hoc* [49] *ut ille & sui heres fideliter domino serviant*: sive [50] servitium illud nominatim [51] quale esse debeat, sit expressum, sive indeterminate sit promissum.

TIT. XXIV.

QUÆ FUIT PRIMA CAUSA BENEFICII AMITTENDI [52].

Si vasallus ab herede domini, vel heres vasalli a domino non petiit investituram intra annum & diem, amittit beneficium. Bald.

PRima autem causa beneficii amittendi hæc fuit, & adhuc est in plerisque curiis: (sed in nostra curia Mediolanensi non obtinet) quod si [53] vasallus per [54] annum & diem domino suo mortuo steterit, quod heredem domini sui, investituram petendo, fidelitatem pollicendo non adierit: tanquam ingratus [55] existens beneficium amittit: & e converso, si domino superstite vasallus decesserit, & filius ejus per jam dictum tempus neglexerit petere investituram, beneficio carebit [56].

1 Episcopi possunt infeudare loca ecclesiæ, si consuetudo sit infeudandi, & feudum sit apertum, *l.* 1. *supr. episc. vel abbatum.* 2 Ea est soldata, *tit.* 10. *supr. eod.* aut feudum de camera vel cavena. *tit.* 1. *in fin. supr. eod.* 3 Qui negatur vasallus, idem & per consequentias negatur pares in curia habere: nam quum ipse neque vasallus, neque par curiæ sit, compares non habet. 4 De quo vid. *tit.* 2. §. 1. *supr. eod. tit.* 33. 39. §. 1. *tit.* 82. 91. *infr. hic.* 5 Observa regulam. 6 Responsum, judicatum. 7 Investitura nonnunquam juramentum fidelitatis præcedit. 8 Et ita color quæritur ad tribuendum paribus curiæ judicium. 9 *tit.* 82. *infr. eod.* & *tit.* 26. *infr. eod.* 10 Principalis causa hic est, utrum valuerit investitura, vel non valuerit.

11 De contentione feudi inter dominum vel agnatum & venerabilem domum. *Cujac.* 12 Aliud esse putant, si vasallus fiat miles, vel eques ordinis Hierosolymitani: ejusdem enim juris in hujusmodi milite non esse mutatam, fed honorem auxerit. *l. fascia.* 33. §. 1. *ff. de cond. & demonstr.* 13 Monachismo, *ut hic* & clericatu, *tit.* 26. §. 4. *vers. qui clericatu. tit.* 109. *infr. eod.* feudum amittitur.

14 Quo ordine? etiam extraneus agnatis feudum novum sibi domini, non extaneus, patrum, paternum, *ut hic.* Allodia vero venerabilem domum ejunguunt. *Nov.* 76. & 123. c. 38. fed & id feudum quod non solummodo personæ datum fuerit, fed & ecclesiæ simul. *tit.* 40. *in fin. infr. hic.* Quid si filiolitus, & ut loquuntur, homo meus, talem domum ingressus fuerit? succedent primo liberi, deinde dominus succedet: non autem domus hujusmodi religiosa, *Doctores hic*, quod superioribus repugnat. Quis, si rex eam capitis diminutionem patiatur? succedent contanguinei. *glosf. in c. scriptsf.* 26. c. 27. *q.* 2.

15 Si dominus vasallum in culpam incidisse dicat, vel contra. *Cujac.*

16 *tit.* 24. §. 1. *infr. hic.* deſumptum ex jure pontificio. *can. præsenti. c.* 5. *quæst.* 2. 17 Ex jure civili deſumptum. *l.* 68. *l.* 69. *ff. de judiciis.* 18 *d. l.* 68. 69. *ff. d. l.* 13. 3. Rudovic. c. 27. 19 *Nov.* 112. 20 Id est, *l.* 3. 21 Vasallo in dominum competit interdictum unde vi. 22 Poena fiunt non respondere, aut perperam respondere. unde notant, jus eum non tantum denegare, qui expresse denegat, fed & qui non loquitur aut obmutescit: aut qui mortem in jure dicendo admittit. 23 Id est, moderate hortari *ut l.* 9. *in fin. C. de cond. ob causam.* l. 8. *C. de liberali causa.* 24 Statutum deprædandi contumacis alicujus facultatem dari poteſt. 25 Deprædari. *Hotom.* id est, graffari in eum impune quasi foluta fide, ut hoc pacto, vasallo licet possessionem sine officio judicis ingredi: quod est contra jus civile. *l.* 68. *ff. de rei vind.* l. 3. *ff. ne vel fat.* ita poteſt vasallus dominum contumacem in jure reddendo, feudali pretio privare, etiam manu militari, & vi, judicis præcepto.

26 *Liber tertius* hic incipit secundum omnes doctores. Ideoque *Cujac.* tertium libum hic inchoat. 27 De beneficio quid sit, & quibus modis amittatur. *tit.* 1. *Cujac.*

28 Mediolanensis. *arg. tit.* 24. *infr. eod.* fuit enim Obertus de Orto consul Mediolanensis: Otho Frisingensis, 2. *Frideric.* 12. 29 Causae feudi amittendi certa regula constitui non possunt, *ut hic.* ideoque causarum feudi amittendi illustratio arbitraria est. 30 *l.* 3. § 2. *ff. de teſtib.* 31 Delicta ipsaque crimina suis titulis, hoc est veris coloribus distinguere, ac depingere illi est. 32 Id est, graviores. 33 Ingratitudine non quavis, sed summa tantum feudum amittitur. 34 Officium vasalli erga dominum certa regula definiri non poteſt, id enim varium est, pro curiarum varietate. 35 *tit.* 5. 6. 7. *supr. eod.*

36 Consuetudo est optima, quæ a natura, & ratione naturali ducitur. 37 Idem de mora dicitur. *l.* 32. *ff. de usuris*: adde *l.* 3. *ff. de solution. l.* 14. *ff. de diversis temporalibus.* 38 Beneficium aliud in genere, aliud in specie est, *ut hic.*

39 Definitio beneficii. 40 Seu feudum. 41 1. *feud.* 27. Ideoque redemptio, sive ἀνακαμψις jus feudi non mutabit. nam & in rebus gratuitis plerumque intervenit honor, munus, fularium, & remuneratio: ut in mandato. *l.* 1. 6. 7. *ff. mandata*, advocato & mensore. deposito. *l.* 2. §. 24. *ff. vi bonorum rapt.* donatione propter nuptias. vid. Vincentium 7. *special.* 145. 42 Actio benevola genus beneficii, non res aliqua: puta, fundus, ædes, annona: feudum jus est, non prædium ipsum. 43 *lib.* 3. *de beneficiis cap.* 6. 44 Feudum ut sit perfectum, sex requiruntur: videlicet, ut dominus id det sponte, non coactus: ut directum dominium maneat penes ipsum dominum: ut id, quod in feudum datur, consistat in re immobili, vel quasi immobili: ut dominium utile transeat in fidelitatem præstet, & fidelitter serviat. 45 Causa efficiens. 46 Causa formalis, quali *tit.* 1. *in fin. supr. hic.* Causa materialis. 48 1. *feud.* 1. §. 3.

49 Causa finalis. 50 Feudum datur, aut servitio aliquo nominatim expresso; aut nullo expresso, quod interpretamur ex natura communi feudi, *ut hic.* Quid si feudum ita datum sit, ut nullum servitium præstetur? Confebitur jure feudi in omnibus præterquam in servitii præstatione. Nam iisdem cauſis ac delictis amittetur, sicut alia feuda: excepto servitio, quod ex pacto non debet. 51 *tit.* 51. § 7. *infr. hic.*

52 1. *feud.* 5. & 17. 53 Feudum amittit vasallus investituram intra annum & diem non petens ab herede domini, ejusve successore: quæ consuetudo Mediolani non obtinet, *ut hic*, neque in minore quatuordecim annis. *c. si minor. infr. quo tempore miles*, non obtinet quoque in milite, qui intra annum & mensem petere debet. *d. c.* 1. Aliud quoque in feudo novo, in quo nullum tempus statutum est ad petendam investituram retem. Aliud quoque, si vasallus ipsum feudum non possidet, fed tertius aliquis. Cujac. *in l. solennib.* 25. *C. de rei vind.* quin id tempus non currit filio vasalli, antequam se miscat hereditati, antequam sciat mortem patris, antequam sciat rem de qua agitur, feudalem esse. Quin vasallo intra id tempus mortuo, ejus heres idem temporis spatiom habere debet. *c.* 4. *supr. quo tempore miles.* Quid? num fieri eft investituram petiſſe nulla fidelitate oblata? Dicis esse. *c. ult.* §. *per quos fiat investitura.* Quid si vasallus quæritum dominum non reperit, & id tempus lapsum fuerit? feudum non amittet: testari tamen id vasallus testibus praesentibus oportebit. 1. 2. *C. de his, qui per metum jud. non appellarunt.* Quid petendæ investituræ causa, absentem dominum num adire cogendus est vasallus? non ita longe absentem adire cogitur: hoc tamen arbitrio judicis statuetur. Quid si vasalli amator, filio, fuerunque fideliter nomine fidelitatem semel juraverit? etiam investituræ petenda est, *Doctores hic.* Quid, intra id tempus num servitii præstare cogitur? sic fane. Quid, si temporis ex spatio dominum offendit? etiam feudum amittet. Quid si eo lapsu investituram petit? mentem non purgat. Quid si dominus intra id tempus vasallum petentem non investit? proprietatis jus amittit. *glosf.* §. *per quos fiat investitura.* 54 Vid. 1. *feud.* 22. §. *eod. tit.* 40. 52. §. 3. J. *hic.* 55 Ingratitudinis causa potest pacto remitti in feudis? *Baldus* negat, si remittatur ingratitudo adversus contractum aliquæ secus si remittatur ingratitudo delicti. *Laudensis*, neutro modo putat ingratitudinem posse pacto remitti, cum pacta quibus delicta remittuntur, non valeant. Contra tamen fere existimat, si feudum tali pacto datum fuerit vasallo, qui vitam domini sui defendeat. Huic enim vasallo feudum nulla ex causa auferri potest, velut meritis apertissimis, vel contradu vero quæritum. 1. *feud.* 2. *ubi* Laudensis.

56 *Excipe tit.* 52. *in fin.* J. *eod. tit.* 55. *vers. præterea.* J. *eod. tit.* 97. J. *eod.*

Si dominus a vasallo petierit fidelitatem, investituram pollicendo, nec legitime requisitus eam præstare voluerit, tanquam ingratus feudum amittit. Bald.

§. 1. Est & alia ingratitudo notanda, si dominus investituram pollicendo vasalli fidelitatem petierit: & illo non præstante, dominus tribus vicibus convenienti tempore interposito, forte septem [1] dierum spatio, ad curiam suam super hoc reclamaverit [2]: & vasallus [3] tribus vicibus citatus a [4] suis paribus jurare noluerit: si [5] tamen beneficium tale sit, ut pro eo jusjurandum fidelitatis fieri debeat. Sunt [6] enim quædam feuda ita data, *ut [7] pro his fidelitas non sit præstanda.*

Vasallus amittit feudum, si cum domino non iviit in prælium, cum potuit. Bald.

§. 2. Item qui dominum suum cum quo ad prælium iverit, in acie periclitantem dimiserit [8], beneficio [9] indignum se indicavit.

† Præterea si vasallus refcierit aliquem contra dominum suum assaltum [10], vel mortem, vel captionem, aut patrimonii grandem [11] jacturam facere molientem: debet dominum super hoc quam citius potest [12], certiorare [13], ut proinde dominus sciens prudensque periculum valeat declinare. Quod si non fecerit, doloque vel negligentia sua, vel fraude celaverit: beneficio se cariturum agnoscat.

† Rursus si domini, vel dominæ filiæ, vel nurui [14] aut forori [15] in domo adhuc manenti, quæ in capillo [16] dicitur [17], sese immiscuerit: feudo quo se monstravit indignum, carere debet. † Porro si dominum assalierit [18], vel vicum [19] in quo est per vim aggressus fuerit, vel impias [20] manus in personam domini ubicunque [21] ingesserit [22], vel alias graves [23], vel inhonestas injurias intulerit: vel morti [24] ejus venenos, vel gladio, vel aliter insidiatus fuerit, beneficium amittit [25].

† Illud tamen non lateat, quod si [26] quis suo domino justitiam [27] facere noluerit: feudum quod tenebat, perdet: sicut in alio [28] libello tibi scripsisse hoc credo. † Sed non est alia justior causa beneficii auferendi, quam si [29] id, propter [30] quod beneficium datum fuerit, hoc servitium facere recusaverit [31]: quia beneficium amittit. Aliud est si forte ideo non servierit, quia [32] non potuerit: tunc enim feudum non amittit. † Item si delator [33] domini sui extiterit, & per suam delationem grave [34] dispendium eum sustinere fecerit: vel si cognoverit dominum inclusum, & eum, cum [35] potuerit, non liberavit [36]: feudum perdit. † Prædictis modis beneficium debere amitti, tam naturalis, quam civilis ratio suadet: quæ potest colligi, si quis novam [37] constitutionem justas exheredationis [38] causas enumerantem & alias constitutiones veteres, justas ingratitudinis [39], & repudii [40] causas quibus matrimonia recte contracta solvuntur, & donationes [41] jure perfectæ revocantur, subtiliter scrutatus fuerit. Sed quia natura [42] novas deproperat edere formas, potest multis modis contingere, ut aliæ emergant causæ, quibus videatur juste adimi posse feudum [43]: ideoque judex solers & discretus, & æquitati obfecundare solicitus, cuncta subtiliter dispensans, provideat, si qua fuerit antiquioribus caufis similis [44] feu major: ut proinde sciat utrum beneficium sit amittendum, an nihilominus retinendum. † Illud enim est certum, quod non [45] ex omni causa ex qua opinio vasalli gravatur, beneficium amittitur. Nam & sæpe dejerat [46], & beneficium nihilominus retinet: utputa qui beneficii portionem alienat, absque domini scientia, beneficium quidem retinet [47], fed fidem promissam servare non videtur [48].

Ubicunque dominus principaliter offenditur per reatum vasalli, ibi ad dominum feudum revertitur. Bald.

1 *tit.* 22. *fugr. hic.* 2 §. 2. *verf. fed non est alia.* 3 Contumax vasallus privari jure fuo potest, etiam ante traditam sibi possessionem feudi. 4 Pares curiæ judices sunt competentes inter dominum & vasallum: etiamsi de feudo novo, & incertitudine reali quæstio sit. 5 Interdum fidelitatis juramentum non debetur. *tit.* 3. *in fin. fugr. eod. tit.* 76. *infr. hic.* debetur tamen fides. 6 *d. tit.* 3. 76. 7 Feudum potest sine fidelitate per pactum confitui. *c. ult. fugr. per quas fiat investiti.* 8 1. *feud.* 6. & 17. ffiorte. Quid, si dominum deferuit, unod eum juvare non potuit, aliud dicendum fuerit. Idem notant interpretes, si metu tyranni, feu potentioris principis dominum deferuit. 9 Sententia tamen exigitur ut privetur. 10 Feudo privari vasallus potest, etiam ex fola negligentia non admoniti domini de assalio, id est, de vi, morte, captione, vel patrimonii grandi jactura. 11 Grandis jactura bonorum, quæ fit arbitrio judicis finitur. 12 *tit.* 39. *in fin. 3. hic.* 13 *tit.* 7. §. *hic.* 14 1. *feud.* 5. *verf. item si fidelis.* 15 Feudo privatur, qui cum forore domini fui ftupum admiserit, *ut hic.* & tamen feudo non privatur, qui fratrem domini interfecerit. *c.* 1. *infr. an ulc qui interf.* Cur tam varie? an quod gravius fit ftupri quam homicidii crimen? an potius, quod injuria majore afficitur dominus forortis ftupro quam fratre occifo? an quod ftuprum hic admiffum eft in domo domini: ut hac loci circumftantia delictum augeatur? Quid? num idem fuerit in foromo nupta, manente tamen in ipfius domini domo? *Ravennas* idem effe monet. 16 Id eft, innuptæ. Comis enim tantum, non ullo velamine, virgines obtegebant caput. Et præcepum Pauli folas ad virgines pertinere exiftimabatur: quod tamen eft contra fententiam Tertulliani, & ita in *l.* 1. *Longobard. de eo qui pub. fitiis nec. hab.* l. 21. 23. 25. 27. *de fucc. & in confi. Neap. de fucc. in feud.* in capilo effe dicitur, quæ nondum nupfit viro. Virgines innuptas veteri more in capillo fuiffe notant hic interpretes. Multis locis in Germania mos ille fervatur. 17 Etiam fponte ac volens. *Doct. hic.* 18 1. *feud.* 5. *verf. fimiliter &* 17. 19 Addo *tit.* 6. *infr. hic.* 20 *l.* 1. §. 2. *ff. de adfeq. Nov.* 115. *c.* 3. §. 1. 21 Nifi feipfum defendens, & ad fui tutelam fecerit. 22 *ff.* injecerat. Hic enim notatur contra eum aliquo actu: ut muda manus levatione, animo percutiendi, vafallus feudum non amittat, ut ne in hoc propofito locum habeat lex *Item apud Labeonem.* 15. §. *fi quis.* 1. *ff. de iniuriis.* 23 *d. c.* 3. §. 2. 24 Aut potius vita. *d. c.* 3. §. 1. 25 Quid fi dominus ipfe non eft conquaeftus? fi qutia morte preventus, vel delictum ignoravit conqueri non potuit, heredibus domini feudum committetur. 26 Juftitiam denegans domino vafallus (quod fit, fi in jus de re feudali vocatus a domino, ire negligit, vel contemnit, aut domefticos fuos ire non fiftit, a quibus fuerit dominus injuria afficius) feudum amittit *ut hic*, ut per contrarium juftitiam denegans vafallo dominus, feudi proprietatem amittit *c.* 1. *infr. quæsitor dominus proprietate privatur.* 27 *verf. dominus. fugr. eod. tit.* §. *in fin. infr. hic.* 28 Hic locus oftendit duos feudorum libros ab Oberto fuiffe conferiptos. 29 Fidem feu conventionem fervitii feudo adjectam non fervans vafallus, feudum amittit, etiamfi id in inveftitura non fuit adjectum: tacite namque id intelligitur, adde *C. de den. que fub modo.* Quid: qua actione eo nomine experietur ipfe dominus, vel rei vindicatione, vel condictione ob caufam, vel condictione ex moribus feudorum. 30 *tit.* 3. *in fin. fugr. hic.* 31 §. 1. *fugr. hic.* Interpellatio ligitur exigitur. Duobus tamen caifibus etiam citra Interpellationem fervitium fuum efferre cogitur vafallus, fi videfitet fciat dominum periclitantem, vel fi ceca die fervitium debeat: ut ides interpellet pro homine, *qui magnum.* 12. *C. de fcenor. fi quid.*

32 Impotentia feu impedimentum excufat vafallum non fervientem. 33 1. *feud.* 17. *fugr. eod. tit.* 5. *6. fugr. hic. Nov.* 22. *c.* 21. 115. *c.* 3. §. 7. 34 Acculans calumniofe dominum, feudum amittit, *ut hic.* Quid fi accufatoris nomine fidejuffit, aut reftitit et, vel advocatus ultro ac ipponte adfuit? Idem. Quid fi lædæ majeftati accufavit, aut fuam fuorumque injuriam perfequens, vel minor accufavit? Aliud. Quid fi adverfus dominum male judicavit? fi malo animo judicavit, & grave dominum domino intulit, neque fuorum officiofe ecclefiaftice petiffet, feudum amittit. *Doctores hic.* Quid fi pœniteat jufta ex caufa? licet ei pœnitere. 35 Adde *tit.* 39. *in fin. infr. hic.* 36 Quid fi fidejubendo inclufum liberare potuit? ex ea caufa fit liberorum exheredatio. *Nov.* 115. *c.* 3. §. 8. ergo & feudi privatio. *infr. hic.* adde 1. *conftitutionum Neapolitanarum.* 19. 37 *Nov.* 115. *c.* 3. *l. unic. Cod. de ingrat. liber.* 38 Ingratitudinis caufæ eadem notantur in vafallis, quæ in filiis & donatariis, *Auth. ut cum de appellat.* §. *caufas. l. ult. C. de revoc. don.* & fic feudum iisdem caufis amittitur, quibus fit exheredatio, donationis revocatio, & matrimonii diffolutio: vide tamen Molinæum ad Conftitutiones Parifienes. 39 *d. c.* 3. *d. l. unic.* 40 *Nov.* 22. *c.* 15. 117. *c.* 8. 9. *l.* 8. *C. de repudiis.* 41 *l. ult. C. de revoc. don.* 42 *l.* 2. §. 18. *C. de veter. jur. enucl.* 43 *l.* 38. *ff. de rei vind. l.* 13. §. 1. *ff. de annuis, l.* 14. *ff. de diverf.* 44 1. *feud.* 17. *in fin. fugr. hic.* 45 Vide 1. *feud.* 21. *fugr. hic.* 46 Perjurio feudum non amittit vafallus. 47 *Sub.* pro parte, feu pro ea parte, quam non alienavit. 48 Id eft, videtur dominum contemnere. §. 3. *in fin. infr. hic.* 49 Ad quem feudum amittitur, etiam. 34. *in fin. infr. eod.* 50 Feudum committitur domino, fi vafallus in dominum deliquerit: aut eum contempferit feudum alienando. Quid, quod in alium deliquit, feudum amittit? Feudum committitur agnatis vafalli, non domino. 51 Vindicæ locum dare. *Apul.* 52 Vid. 1. *feud.* 5. *verf. fimiliter*, & 2. *feud.* 37. *infr. hic.* 53 *tit.* 12. *infr. hic.* 54 Feudum alienans fine confenfu domini, dominum fuum contemnere intelligitur, ideoque feudo privatur. §. 2. *in fin. fugr. hic.* 55 *d. tit.* 12. *in fin. prin.* 56 Feudum alienans inconfulto domino, feudum amittit, an ipfo jure? non ipfo jure, fententia enim exigitur, quod hæc vox *Caeiturum*, oftendit: quæ pœnam futuram, & contentam fignifficat. *glof. in l. prevideudum.* 7. *C. de poftulando.* 57 *Liber quartus* feudorum hic conftituitur, a *Cujacio* collectus ex variis auctoribus. 58 De evictione feudi, & ejus æftimatione. *tit.* 1. Cujac. 59 Id eft, dominum autorem laudavit. *l.* 29. §. 2. 34. §. 1. *l.* 37. *ff. de evict.* Eviti feudi nomine, et adverfus dominum agat vafallus, illum denunciare ipfi domino tenetur. 60 Id eft, aliud feudum eiusdem pretii. *tit.* 5. *fugr. hic.* de cambio dixi 1. *feud.* 4. 6. 2. *tit.* 22. §. 1. *fugr. hic.* Evicti feudi agens vafallus, non agit ad duplum, fed ad tantundem ejusdem bonitatis & quantitatis, vel ad pretium convertendum in tantundem, *ut J. qualiter dominus proprietate privatur.* 61 *verf. dominum. fugr. eod. tit.* §. 1. 2. §. *mutui. ff. de rebus creditis & fi certum.* 62 Id eft, æftimationem ftatis, quam vice feudi fubiit vafallus, quam ex fententia iudicis victoris excolit. 63 Ne dixeris, numqmos in feudum dari, feudum enim in pecunia effe non potest; etiamfi accepta pecunia vafallus juraverit fe vafallum, pecunia illa feudum non erit, quippe feudi proprietas penes dominum effe debet. Ceterum ubi pecunia datur, dominium a numeranate in accipientem transit, proinde qui in feudum nummi dari hic dicuntur, nihil aliud funt, quam litis æftimatio quam fubiit vafallus *in rem*, feu pecuniæ fumma autori numeranda.

64 Si contentio eft inter dominum, & agnatos defuncti de feudo. *tit.* 2. Cujac.

TIT. XXV.

57 SI 58 DE FEUDO VASALLUS AB ALIQUO INTERPELLATUS FUERIT, ET DOMINUS EUM DEFENDERE NOLUERIT.

Dominus vasallo cum extraneo litem habenti de feudo, de evictione tenetur, si monitus eum non defenderit. Bald.

NEgotium tale est: Quidam vasallus a domino tenebat feudum, de quo ab aliquo interpellatus fuit: & sic vasallus dominum vocavit [59], ut eum defenderet: domino renuente ad judicem venire, vasallus amisit causam per sententiam: nunc vero vasallus cambium [60] feudi a domino petit: ad quem dominus respondens, ait illum nunquam ab eo hoc feudum tenuisse, nec ab eo investituram accepisse: contra quem vasallus dicit se hoc feudum ab eo tenuisse, & investituram recepisse, & ab eo petivisse, ut eum in judicio defenderet: nec tunc temporis inficiabatur illius esse, quod idoneis totum testibus probat vasallus. Respondi: Super negotio isto quod literis insinuasti nobis, tale est sapientum nostræ civitatis consilium, videlicet Oberti de Orto, & Gerardi Capagiti, ut si vasallus cum de feudo interpellabatur, auctorem suum, id est dominum, ut eum defenderet, vocavit, & hoc probare possit: si in eo judicio vasallus fuerit victus [61] de re aliena investitum fuisse: ut dominus vasallo ejusdem æstimationis, quod erat tempore rei judicatæ, feudum restituat, vel [62] nummos [63] in feudum dandos numeret: & hoc cum certum est vasallum de feudo victum fore. Sed si dominus neget hoc feudum unquam ab eo tenuisse, nec ab eo domino ipsum vasallum, vel ejus antecessores unquam investituram accepisse: & hoc vel per instrumentum publice confectum, vel per pares curtis vasallus poterit probare: dominus ad restitutionem feudi tenebitur: alioquin dominus sacramentum subire cogetur, istum qui est in causa, vel ejus antecessores a se vel a suis antecessoribus nunquam hoc feudum tenuisse, vel investituram accepisse: quo facto dominus absolvendus erit.

TIT. XXVI.

SI 64 DE FEUDO DEFUNCTI CONTENTIO SIT INTER DOMINUM, ET AGNATOS VASALLI.

Si contentio est inter dominum, & agnatos defuncti, agnati interim ante litem finitam constituendi sunt in possessione. Bald.

SI de feudo defuncti militis sit contentio inter dominum, & agnatos defuncti, domino novum feudum, agnatis vero paternum esse contendentibus: agnati [1] in possessione feudi de quo quæritur, constituendi sunt. Eo facto super principali [2] quæstione cognoscendum est: utroque autem deficiente in probatione, electio jurisjurandi agnatis danda [3] est [4].

Si contentio est inter filiam & agnatos de beneficio, filia interim debet esse in possessione.

1. INter [5] filiam defuncti, & agnatos ejus, de quodam prædio mota est quæstio, agnatis feudum, filia vero allodium [6] sive libellarium [7] esse asserentibus: super possessione apud quem manere debeat, quærebatur. Responsum est, apud filiam possessionem interim esse collocandam: deficientibus vero hinc inde probationibus, per jusjurandum, causa cognita res decidetur, electione [8] danda agnatis [9].

§. 1. Defuncto milite inter dominum, & filiam illius super quodam feudo quærebatur, domino feudum, filia allodium sive libellarium esse allegante. Respondi, filiam in possessione feudi manere debere [10], donec de eo judicetur: probatione vero hinc inde cessante, electio jurisjurandi filiæ danda est.

Investitura sumit effectum, cum feudum sibi vel heredi suo fuerit apertum. Bald.

2. MOribus [11] receptum est, dominum de feudo militis [12] sui, quod [13] post [14] mortem ipsius ad dominum reverti speraba-tur, in alium militem investituram facere posse: quæ investitura tunc demum capiet effectum, cum feudum domino aut heredi suo fuerit apertum. Secus est in ecclesiasticis [15] personis: nam si ecclesiastica persona talem faciat investituram: non aliter valebit, nisi sibi, non etiam successori suo feudum aperiatur: & in tali investitura consensus ejus de cujus feudo sit, exquiri non oportet.

Si vasallus domino inficietur feudum, vel feudi partem, aut ejus conditionem: convictus postea de mendacio, perdit feudum, & ejus conditionem. Bald.

3. VAsallus [16] si feudum, vel feudi partem, aut feudi conditionem ex certa scientia inficiatur [17], & inde convictus [18] fuerit, eo quod abnegavit feudum ejusve conditionem, expoliabitur [19]: alius autem vasallus, quamvis hoc sciens non patefaciat, feudum tamen retinet: aut si aliam [20] rem domini celaverit vasallus, feudum tamen non amittit.

Qui per triginta annos rem alicujus tanquam in feudo possedit, & pro ea servitium præstitit domino, præscribit in feudum. Bald.

4. SI [21] quis per [22] triginta [23] annos [24] rem aliquam ut feudum possedit [25], & servitium [26] domino exhibuerit: quamvis [27] de ea re non sit investitus, præscriptione tamen triginta annorum se [28] tueri potest [29].

QUi [30] clericus efficitur, aut votum religionis assumit: hoc [31] ipso feudum amittit [32].

ETsi [33] vasallus omni anno [34] domino se non repræsentat [35]: feudum tamen non [36] amittit.

OMnes [37] filii ejus qui feudum acquisierit, fidelitatem facere debent [38], maxime si [39] indivisum [40] habent: quod si [41] feudum ex divisione ad unum tantum pervenerit, ille tantum faciet fidelitatem.

ADoptivus [42] filius in feudum [43] non succedit [44].

MUlier [45] habens feudum, relictis filiis ex duobus matrimoniis decessit: inter quos feudi quæstio aliarumque rerum maternarum vertebatur: obtinuit filios [46] prioris [47] matrimonii tam in feudo, quam in cæteris potiores esse.

NAturales [48] filii, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi [49] nec [50] soli, nec cum aliis admittuntur.

SI [51] minori [52] datum [53] fuerit feudum, fidelitatem facere [54] non cogatur, donec venerit in majorem ætatem, in qua doli capax sit: feudum tamen retinet.

Si filius impubes successit vasallo, non cogitur facere fidelitatem nec servitium personale potest præstare. Baldus.

§. 5. Si quis decesserit filio impubere [55] relicto, fidelitatem nec ipse nec alius pro eo facere cogitur [56]. Idem [57] de servitio personali: alius tamen pro eo faciens servitium admittetur.

TItius [58] filios masculos non habens, partem suam feudi [59] Sejo, partem ejusdem feudi possidenti agnato suo concessit [60]. Sempronius proximior agnatus mortuo demum Titio partem illius feudi nullo dato pretio recuperare potest. † Quod [61] si Titius filios proprios [62] haberet [63], pretio reddito etiam vivo Titio: quod si [64] consensit [65] alienationi, vel per annum ex quo scivit, tacuit: omnino removebitur.

Facta domino de feudo abusiva investitura, cogitur dominus vasallum mittere in possessionem, nec liberatur interesse præstando. Baldus.

SI facta [66] de feudo [67] investitura pœniteat [68] dominum antequam possessionem transferat: an præstando interesse vasallo, libere-

1 *Præsumitur* feudum in dubio antiquum esse potius, quam novum. Ita in dubio agnati vasalli excludunt dominum; magis favetur agnatis vasalli, quam domino. Cur? quia possidet defunctus, ideo & agnati in ea possessione sunt nuenti: & ab aliequin dominis hic feudum ipsum non negat, sed qualitatem tantum feudi. Quid si in contentione probaturus est novum feudum esse: nec ea causa cognitionem majorem *§. eod. tit.* 82. *l. eod.* 2 *tit.* 20. 3 Cur danda est electio jurisjurandi agnatis? quia possessio feudalis indivisio præsumptionem pro possessore inducit: hæ autem agnati possident. Quid: quo tandem jure agnati jurabant feudum antiquum esse, cum id verissimiter possint ignorare? anceps perjurium dicerentur subire hoc casu. *l. 4. ff. de in litem jur. l.* 11. 1. *ff. de adi. rerum amotar.* Paul. 2. *fent.* 5. 4. nisi lex eos ad jurandum admitteret. 4 Quam judex non semper sequitur. *tit.* 11. *in fin.* §. *eod.* 5 De possessione agere liberis, deferuntur fenda, non communtitiis liberis. 6 Præsumitur res allodialis potius quam feudalis. firmandus est, donec probentur res ipse feudales esse, non allodiales. *Cujac. l. fine possessione.* 7 Emphyteuseos capacers sunt fœminæ, non tamen feudi, ut *hic*, nisi feudum fœmineum sit. 8 Si modo pro eis faciant quædam, præsumptiones, quemadmodum in hoc propofito, fi quxdam præfumptiones fint pro filia, jusjurandum filia deferendum est. *glof. & doct.* 9 *tit.* 40. §. 1. §. 5. fidei maris magna? agnati generaliter in feudis succedunt: legitimati, cognati sunt, non agnati. *l. hac parte.* 2. *ff. unde cognat.* Quid, fi cum naturales essent soli, nulli legitimi, parte id postulante, legitimati sint ad feuda, principis rescripto? plane etiam succedunt, sive soli fuerint, sive cum aliis post natis concurrant, dum id nominatim rescripto contineatur, *ea legitimari non obstante hoc capite. Naturales:* ut cum anomalum hoc fit beneficium principis anomala quoque solemnitas adhibeatur. Quid legitimati per subsequenti matrimonium? plane succedunt: adeo, ut nec in eo matrimonio requiratur instrumentum matrimonii vel dotis: licet tamen quidam in eo diffentiant. Quid, si feudum accipiendi & legitime defendendibus ex ejus corpore fit datum? qui temporæ contraitt matrimonii naturalis filius natus fuerit, tali in feudo non succedet: qui conceptus antum, succedet: Quid, si primogenitus in feudo succedere debet: & Titio primus natus fit ex concubina: quid si uxore legitima secundus, & ea mortua nuptias contrahat cum ipsa concubina? licet primus legitimetur, concubinatus matris in matrimonium verfo, fecundus tamen eo potior fuerit, ut fuccedat in feudo. *c. tanta. X. qui filii sint legitimi.* Quid fi in pactis dotalibus ante mortem, concubinam duxerit? nati ex ea filii, velut ex matrimonio legitimantur, ut in feudo fuccedant. *d. c. tanta.* Quid nati ex matrimonio injusto, a principe tamen confirmato? nati ex eo matrimonio legitimi non fuerint: nisi in ipsa legitimatione facta fuerit eorum mentio. Quid fi dominus vafallum investiverit pro fe & filiis natæ & nafcituris, cum fciret vafallo filios esse naturales? fuccedent & hi quoque in feudo: fciens enim dominus naturales legitimos, hoc eft, feudi capaces ita fcefle intelligitur. Quid: legitimatus in uno territorio, aliue legitimatus in omnibus aliis: in feudo temporali vel Ecclefiaftico? vid. Bald. *in l. eam quam.* 14. *C. de liberis.* & *Dd. in c. per venerabilem. x. qui filii sint legitimi.* 51 De minore ad fidelitatem feudi non cogendo. *tit.* 3. Cujac. 52 Id eft, impuberi §. 5. *J. eod.* 53 Et ita etiam novum feudum impubes retinet, licet fidelitatem non juret. 54 Impubes vafallus fidelitatem jurare non cogitur, eft feudum retinet. Quid fi dolli fit capax impubes: an jurare cogitur? quidam ita putant, *argum. Auth. sacramentis. C. si adversus vendit.* quod *Alciatus* non admittit. Quid: volens impubes num jurare potest? *Ravennas* ita putat. Quid infans? non jurat: fed ejus tutor. *arg.* §. 5. *J. eod.* 55 Adde verficulum fuperiorem. 56 Sponte igitur pro impubere alius (puta tutor) jurabit. 57 Impubes vafallus neque ipse jurare fidelitatem, neque feruitium perfonale facere cogitur etiam per fubftitutum, fi cum impuberes cogantur hodie per fubftitutum fervire. *Doctores hic.* Quid, fi fervitium nominatim perfonale fit? per fubftitutum fervire vafallum non poffe notant: nifi indoneus fit ad fervitium præftandum. *l. quinquis.* 27. *C. de Epsc. & Cler.* nifi dignitas ejus dominica major fit. *l. interdum. ff. de operis libertorum*, nifi fufta caufa eam impediat. *l. filius.* 8. *ff. de procur.* quo etiam cafu folemnia fervitia (puta Capitaneatus) per alium poffunt explicari. *l.* 1. §. *burus. ff. de off. eius, cui mandata.* 58 Quando agnatus ad feudum admittatur vel excludatur. *tit.* 1. *in fin.* §. Cujac. 59 Autrepi fcil. 60 Id eft, alienavit licite: permiffu domini, interveniente pretio. 61 Feudum antiquum ex pacto providentia a parte fuffe alienatum liberi, vivo etiam patre, revocare poffunt: agnati, aguato nomine, non mortuo. 62 Filium haberet. Cujac. 63 Ne retraheretur. 64 Confentiens alienanti vafallo, jus fuum amittit. 65 §. 1. *tit.* 39. 49. *J. tit.* 8. *in fin.* §. *eodem.* 66 Dominum feudi, tradere cogi. *tit.* 15. Cujac. 67 Sub. novo. Nam in veteri feudo nulla traditur possessio; cum vafallus illam jam habeat. 68 Feudi investituram factam dominus retrahere non potest, adeo ut nec liberetur præstatione ejus quod interest. Ipsam enim præcise possessionem tradere cogitur ab alio non occupatam, seu vacuam. Quid, ab interventus, possunt communi consensu recedere dominus & vasallus? possunt. Quid si pœnitentia non duratur dominus, sed traditionem differat tantum? Ipsam enim possessionem vasallo præstabit, quam is habuisse, si ab initio ei tradita fuisset possessio. Quid, si in eadem re dominus plures diversis temporibus investiverit? præferendus erit qui prior possessionem fuerit adeptus, priorem autem eum feudi possessionem prehendisse dicemus, qui prior domino pretium numeratur probabitur.